



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

Q. 38. Quid judicari debeat in dubio de plena advertentia vel de pleno consensu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42521**

est expressa cognitio volitionis habitæ, non linquuntur species rememorativæ illius, cum species rememorativæ sint species cognitionum habitarum circa objecta, uti probabilitas doceatur in animistica, hinc ab hominibus sæpe committuntur talia peccata inadvertentia; etiam mortalia, quamvis postea non recordentur, & per accidens non possint se de illis accusare in specie, & ob hoc dicit Apost. i. ad Corinth. 4. *Nihil mihi conscient sum, sed non in hoc justificatus sum: Et David ps. 18. v. 13. petit mundari ab occulto, Oviedo n. 55. Compt. d. 104. f. 4. n. 6.*

225. 7. Etiam multa mortalia sunt cum passione, uti patet in peccatis iræ & luxuriae, quæ in quantum sunt minus gravia, quantum passio minuit libertatem. Similiter potest peccari mortaliter ex metu gravi, quamvis enim tunc adsit aliquid involuntarii, tamen actio est simpliciter voluntaria, & aliqui dicunt illam involuntarietatem esse in alio actu concomitante, quo vellet absque metum, & consequenter omittere actionem, ad quam urget metus.

226. Q. 38. *Quid judicari debeat in dubio de plenaverentia vel de pleno consensu.* Rz. Qui timorat esse conscientia, nec solerit plenè advertens consentire, potest in dubio credere se non plenè consensisse, quia ex communiter contingentibus est prudens præsumptio, uti communiter notant Auctores, quos retuli I. 1. n. 546., nullam addentes præterea conjecturam; quâ licet opus non sit, tamen, quod dictum est, maximè vallet, si præterea accedit una ex conjecturis, quæ ibidem dedimus à n. 547. Etiam utile erit considerare doctrinam, quam tradidit Christoph. Scov.

ver Theol. Ascer. p. 1. l. 6. c. 6. n. 6., his verbis:  
 1. Objecti peccaminosi repræsentatio facta sensibus ex-  
 ternis, internis, rationi &c. peccatum non est 2. Mo-  
 tus sensualitatis repræsentationem consequens & ratio-  
 nem præveniens nec ipse peccatum est, cum sit naturalis  
 & ex fonte contra voluntatem, vel sine ea produca-  
 tur. 3. Delectatio deinde modi naturaliter conjuncta,  
 secumque ex consensu ante omnem deliberationem tra-  
 hens partem inferiorem rationis ac voluntatis, nec ipsa  
 peccatum est. Quod si superior ratio primum motum  
 occupet, meritum magnum acquiritur: si non poruerie,  
 & alvertens suggestionem motumque, statim resistat,  
 actibus contrariis saltu virtualibus elicitis, adhuc  
 merito locus est. Si vero ratio superior hæret non nihil,  
 primisque suggestionibus non resistat, cum tamen possit,  
 tum in peccati territorium ineratur, & siquidem ratio  
 attentione alterius rei occupata impeditatur, dicitur de-  
 lectatio subreptitia, nec defectu advertentiæ levem cul-  
 pam exceedere potest: sed haec diu durare non s' let, cum  
 rationem excaret suo objecto. Si vero advertat suggestio-  
 nem, neque tamen contra eam statim insurgat, sed pi-  
 griuâ & corpore finas motum illum aliquâ temporis  
 morâ extendi, licet nondum deliberationem aut con-  
 sensum elicuerit, tum peccatum veniale delectationis  
 committitur, majus minusve, modo delectationis  
 & negligentiae. Quod si post ejusmodi delectationem  
 non resistatur, sequitur consensus sive peccatum: qui se  
 adhuc ex vehementi impulse deliberationem plenam  
 precedat, hacque superveniente ratio resistat rejiciatque  
 motum, tum quidem censendum est necdum peccare  
 mortaliter, et si proxime accedatur. Cum vero plena  
 deliberatione, actu vel virtute, habitâ, consensus jun-  
 gitur, jam non dubitari amplius potest de peccato mor-  
 tali, si gravis sit, sive deinde in ipsum opus tendat, sive

O 2

in

in illicitam delectationem tantum cogitatione sumptum, sive in neutrum expressè tendendo, sensui oblationem, quam advertit, sine alia deliberatione etiam & resistantia permittat, hoc enim casu potest & debet resistere, & non facit, adeoque virtualiter consensit. Præterea id etiam advertendum est, dæmonem usque sensum tentationes injicere sub enunciatione significante consensum, volo hoc facere &c. cum tamen longissime absit voluntas consensus, qui nequit quam incidentibus verbis, sed vero suo proprio actu dijudicandus est.

227. Q. 39. Quomodo peccet, advertens actionem suam esse peccatum, sed non cogitans, an sic mortale an veniale? Hoc resolutum est I. 1. à n. 1.

228. Q. 40. Quomodo peccet, advertens actionem suam esse mortale, sed abstrahens, quale & cuius speciei sit? S. Thom. I. 2. q. 19. a. 5. ad 3. dicit nunquam in abstrahi, sed semper cognosci malum in certa specie: Idem dicunt Vasq. & alii eum Merat. d. 7. f. 7., sed dato supposito, dicendum est peccare mortaliter, peccato speciei innominatae, quæ opponitur honestati actus, quo quis vellat non peccare mortaliter, Oviedo in I. 2. t. 4. controv. 1. p. 3. Vide dicta hic n. 21. inst. 1. & 2.

229. Q. 41. Quomodo peccet, qui deliberat, an velit in mortale consentire. R. Si faciat plenè advertenter, peccat mortaliter, quia voluntas sic hærens, ipsa appretiat peccatum cum Deo, sicuti enim dubitans in fide, ideo peccat mortaliter, quia hæret, velitne plus tribuere autoritati Dei et velantis, an judicio suo vel apparentiæ rationis in oppositum, ita multò magis hic, quando hæret, an præferre velit Deum an peccatum. 2. Saltem per hoc se exponit periculo proximo con-

senus